

Q. D. B. V.
DISSERTATIO EXEGETICO-THEOLOGICA
DE
SEMINĒ DAVI-
DIS CHRISTO,
SOLI FARIE INTELLIGENDO
EX DICTI NATURA
II. Sam. VII. vers. II. --- 16.
QVAM
CONSENSU SPECTABILIS FACULT. THEOLOGICÆ
PRÆSIDE,
VIRO SUMME REVERENDO, AMPLISSIMO, EXCEL-
LENTISSIMO DOMINO,

JOH. PETRO Brünenberg /

SS. THEOL. DOCTORE ET PROFESSORE PUBL.
ORD. CONSISTORII MECKLENBURGICI DUCALIS AS-
SESSORE GRAVISSIMO, DISTRICTUSq; ME-
CLENB. SUPERINTENDENTE
MERITISSIMO,

Patrono atq; Præceptore ad cineres usq; devenerando;
In illustris Universitatis Rostochiensis

AUDITORIO MAJORE,

Coll. diss. A
173, 7

AD DIEM 26. NOVEMBR. ANNO M.DCCVII.


publicæ disquisitioni proponit,

A. & R.

M. GEORG. CHRISTOPH.
SCHOTTER, Plaueni. Magapol.

ROSTOCHII, Typis Joh. Wepplingi, SEREN. PRINC. & Acad. Typogr.

ANNO A. 173(7.)



Q.D.B.N.
LIBRARY OF THE STATE LIBRARY - BERLIN
**EVANGELIUM
ACCORDING TO ST. JOHN**
TRANSLATED BY
J. C. R. M. DODD
CONFERRED WITH THE GREEK TEXT
AND WITH THE CHURCH FATHERS
BY J. C. R. M. DODD
PRINTED FOR THE SOCIETY FOR THE PROPAGATION
OF THE GOSPEL IN ENGLAND
AT THE UNIVERSITY PRESS
LONDON
1830
Saxon
Landes
Bibl.

THE GOSPEL OF JOHN
TRANSLATED BY J. C. R. M. DODD
PRINTED FOR THE SOCIETY FOR THE PROPAGATION
OF THE GOSPEL IN ENGLAND
AT THE UNIVERSITY PRESS
LONDON
1830

PROOEMIUM.



Vanqnam dulcissimum Jesu nomen infen-
sissimus Christianorum hostis non audit, qvin
acerrimos qvasi inter animi morsus & irarum
fluctus suum sœpissimè fastidium ruminetur,
frendens irreparabilem illam, quam inde sensit,
potestatis suæ jacturam: Nos tamen istud sine
summo divinæ lætitiae ac sincerissimæ velu-
ptatis sensu intra pectus transmittere non possu-
mus, præsertim si cogitemus, qvoties illo absen-

te Satan de sangvine nostro triumphos acturus, qvoties jubila sublaturus
fuisset. Hinc factum est, ut, cum specimen qvoddam in Palæstra Theo-
logica edere ab illis jubear, qvorum nutus sanctissimæ instar legis veneror,
hujus potissimum nominis dulcedine allectus, oraculum ex Vet. Testamento
venerabile, locum scilicet è 2. Sam. 7. inclytum, aggressus sim, qvi duas
in Christo naturas egregiis exprimens verbis auguite Messiam definivit.
Apparebit qvidem primo aspectu, ac si hoc dictum nullam planè difficul-
tatem habeat: Sed qvando accuratius nonnihil introspicitur, videmus,
qvantopere præcipui etiam Interpretes laborent, dum alii de solo Salo-
mone, alii de Christo, alii intermixtim & de Salomone & de Christo in-
terpretantur. Has autem varias interpretationes nostris si oculis objici-
mus, & lugendi & admirandi necessitatem nobis imponunt. Turpe e-
nim est, & auditu admodum triste, qvod contra allegati hujus dicti clari-
tatem alia ad salutem via in Veteri, alia in Nov. Test. sese exscrere laudetur,
qvando e. gr. Sociniani & Socinizantes alii audacter affirmant: Christum
in V. T. non fuisse necessarium ad salutem, neqve constare, neqve pro-
bari posse, fideles ab initio mundi in Messiam credidisse; cum tamen u-
nicatantum sit via, & unicus salvandi modus, juxta effatum Petrinum
Act. 15. II. *Nos credimus per gratiam Domini JESU CHRISTI, salvos, futuros,*
καὶ ὅν τρόπον τοῦ Πατρὸς illi nostri, τοῦ ρεγενεράτου gentilibus Christiani.
Neqve verò segnius Arminiani suis cum asseclis se hic quoqve sistunt, o-
mucem hanc controversiam de notitiæ Messiae necessitate in Vet. Test.
gvz



qvæ circa hunc locum moveri solet, ut inutilem, inconcinnam & ambiguum judicantes, & sufficere Christianis id jactantes sub Novo Test. ut fidem in Christum necessariam intelligent, an vero ius, qvi sub V. Test. vixerunt & mortui sunt, necessaria quoque fuerit, DEO ut relinquant. Has & alias cum Christianorum, tum præterea Judæorum, &, qvi Christianorum nomine sunt indigni, Socinianorum interpretationes ad examen vocare, operosum nimis & ab instituto nostro nunc alienum est: quare nostram tantum sententiam succincte proponemus, duabus Sectionibus illam inclusuri, quarum altera sibi vindicabit Exegesis, altera vero Praxin, textum ad usum suum accommodatura, ubi simul ista materia attingetur. Tu vero DEus ter optime terque maxime scienda doce, spirituque tuo mentem & calatum dirige, ne à sensu verbi tui aberrem, sed ea dicam atque scribam, qvæ nomini tuo gloria, mihi vero & Lectori salutaria erunt.

II. Sam. VII. v. 12 - 16. Secundum fontem.

הגיד לך יהוה כי בית יעשה לך יהוה: כי ימלאו ימיך ושבבת את אבתיך והקימתי את זריך אחריך אשר יצא ממעיך והכין לך את ממלכתך: היה יכנה בית לשמי ובנתי את כסא ממלכתך עד עולם: אני יהיה לך ראב וחוא יהוה לך לבן אשר באouthו והכחתו בשבש אנשים ובנגעי בני אחים: וחסרי לא, ויסורטנו באשר הסירתי מעם שאול אשר הסירתי מלפניך: ונאמן בירך וממלכתך עד שלם לפניך כסאך יהוה נכון עד עולם:

Vers. Schmidii.

- v. 11. *Annunciat tibi (Davidi) Jehovah, quod domum facturus sit tibi Jehovah.*
- v. 12. *Quum complebuntur dies tui, et cubueris cum Patribus tuis: erigam semen tuum post te, quod exibit ex visceribus tuis, et firmum faciam regnum ejus.*
- v. 13. *Ille adificabit domum nomini meo, et ego firmum reddam tronum regni ejus in eternum.*
- v. 14. *Ego ero ille in Patrem et ille erit mihi in filium: qui cum pravum quid fecerit, castigabo eum baculo hominum, et plaga filiorum hominis:*
- v. 15. *At misericordia mea non recedet ab eo, sicut recedere feci a Saule, quem removi coram te.*
- v. 16. *Ita stabilis erit domus tua, et regnum tuum usque in seculum coram te: tronus tuus erit firmus usque in eternum.*

Sectio

SECTIO I. EXEGETICA

VERBORUM S. TEXTUS SENSUM EVOLVENS

S. I.



Osteaquam totius Israëlis Rex inclitissimus David in nova sua Cedrina domo residens, post bella ejus temporis cum Philistæis debellata, altâ frui pace cœperat, adiecit animum ad templum Je-hovæ ædificandum. Ipse enim DEus promiserat, eligere sibi se velle certum, eumque in certa tribu fixum locum, ad

quem omnis populus Israeliticus culūs divini gratia conveniret, singuliqve sacrificia sua & munera adducerent atque ferrent: Id quod manifestissime patet ex Cap. XII. Deut. v. s. 6. ubi (ex versione J. Tr.) Deus præcipit: *In loco, quem elegerit Jehova DEus vester ex omnibus tribubus vestris; ad collocandum nomen suum ibi, in habitatione ejus, exquiritote eum, cum veneris illuc.* Igitur adducetis eò holocausta vestra & sacrificia vestra, decimas vestras & oblationem manus vestre &c. Hæc cum David secum pio volveret in pectore, communicavit sua consilia cum Nathane Propheta, Viro longe piissimo & Consiliario suo Ecclesiastico, quem procul dubio frequentius etiam consiliis suis gravibus adhibuit, etiamsi Verbum DEI in mediate revealatum semper is non haberet. Rationes vero causasque propositi sui simul exponere voluit, verbis hujusmodi: *Vide, quæso, ego mortalis homo habito in domo palatii splendidi cedrina, at Arca Dei sub pellibus posita est II. Sam. VII. 2.* Pauciora loquebatur, quam animo conceperat. Brevitas verborum magna complectebatur molimina. Nathan ergo his auditis continuò propositum Davidis comprobavit, utpote quod pietati conveniens videbatur: *abi, inquit, vers. 3. omniaqve quæ sunt in animo tuo, fac, nam Jehovah tecum est.* Verum quod Sanctius de Prophetis scribit,

A 2

in

in Propheta quoque Nathane verum id esse deprehendimus
Non omnia, inquit quæ loquuntur Prophetæ, Spiritu didicere Propheticō, sed interdum, sicut cæteri hominum, suis ducuntur, imo abducuntur consiliis & prudentibus agunt conjecturis. Unde nonnumquam reprehenduntur à Deo, quod aliquid fecerint dixerintque & minus sanctè & non valde attemperatum ad rem. Exemplo esse poterit Jonas, in cujus verbis multa sunt, quæ à divino atque Prophetico Spiritu recesserunt. Nathan igitur ex suo sensu respondit, quia Davidem ut Virum DEO dilectum habebat, quippe qui ab ipso Deo non in Regem tantum, sedet in Prophetam selectus esset: quā tamen in re suum de cætero judicium unicuique permittimus.

§. II. Sed anteqvam David initium faceret operi, nocte statim in sequenti factum est Verbum Jehovæ ad Nathanem Prophetam, dicendo v. 5. *Abi, ut dic as seruo meo Davidi, sic dixit Jehovah:* *הַתָּה תִבְנֵחֶלְךָ בֵית לְשֹׁבְתִי* *Tunc ædificabis mihi domum, ut ego eam inhabitem?* Qvæ propositio interrogativa emphaticè prolata hīc æqvipallet negationi, ut fieri solet, imprimis qvando de personis, uti & hoc loco, sermo est, qvalia exempla nobis multa suppeditat Scriptura. Ita responsio illa Caini interrogativa *הַשְׁמֵר אֶחָיו אֲבִיכִי An custos ego fratriis mei?* Gen. IV. 9. meritò censenda est æqvipollere negationi: Ego fratriis mei custos non sum. Omnium liqvidissime id patet ex Verbis Davidis admodum negotiosi olim & mœsti in sepultura Abneri, ita ut sublata voce ad sepulcrum Abneri fleret, in hæc erumpens verba II. Sam. III. 33. *הַכּוֹת נֶבֶל יָמוֹת אֶבְנֵר.* *An secundum mortem stulti mori debebat Abner?* i. e. Abner non ut stultus moridebuit. Et huic interrogativo in vim æqvalem respondet & particula *מִי יָקֹם לִיעַם מְרֻעִים?* ut Ps. XCIV. v. 16. *Quis surrecturus fuisset pro me contra maleficos? quis se stitisset pro me contra eos, qui operam dant iniqvitati?* i. e. nemo hominum mihi succurrere potuisset, ita actum de me erat. conf. Ps. CXIII. 5. *Et quid opus est testimoniis, ipse Spiritus S,* hanc lacutionem

nem interrogativam ut negativam exponit I. Chron. XVIII.4:
Tu mihi non edificabis domum ad habitandum. Qvo vero Deus
tranqvillaret Davidis mentem ob denegatam templi struc-
tam, seqventes adhibet rationes: primò, Deum non indigere
templo; qvare etiam hactenùs à nullo Judicum, nullaqve Tri-
buum hoc unquam petierit, ut sibi templum exstrueretur; Se-
cundò Deum etiam absqve ædificato sibi templo piis bene vel-
le & benefacere, cuius rei testis ipse David esse possit; tertio,
DEum tamen pium Davidis propositum tum uberrimâ bene-
ficiantia, tum largiore in posterum promissione compensatu-
rum esse, illiqve domum longe nobiliorem ædificaturum. Ita
enim Nathan ad Davidem v. 11. Jam indicari tibi voluit Jehova,
domum paratum tibi esse Jehovah v. 12. quando impleti fuerint
dies etatis tue, & occubueris bene cum Patribus tuis, tum excitabo
Sementuum post te, quod exhibet ex visceribus tuis.

§. III. Davidis ergo propositum, exstruendi Deo templum
magnificum, qvanqva eventu caruit, non tamen caruit &
promissione singulari, & mercede ex gratia ipsi destinata, dum
ita Deus intervertebat Davidis propositum, ut non David sibi,
ipse tamen Davidi domum ædificaturus esset. De hocce igi-
tur Oraculo momentosa illa movetur controversia: *An a-
gat de solo Messia, an intermixtim de Salomone terreno?* Judæi, &
qui cum illis inter Pleudo-Christianos iisdem inflant tibiis, de
solo Salomone interpretantur, alii de utroqve & de Salomo.
ne & de Messia hunc locum agere statuunt. Mittamus Judæ-
os & videamus, qvid Christianis melioribus placet. Si vero
vel Salomonem cum Christo conjungunt, vel ad solum Chri-
stum omnia referunt. Brevitatis vero dum studiosus esse de-
beo, non congeram multa nomina, sed in duobus Viris Ma-
gnis conqviescam, qui Salomonem cum Christo conju-
gunt, & in viris qvidem talibus, qvorum nomina per Scriptu-
ram & Exegeeos Sacræ studium longe sunt celebratissima.
Erunt illi Glassius & Schmidius. Sententia Salomonis Glassii
in hunc

iu hunc locum hæc est: Qvod de Salomone, deque ejus & posterorum regno, uti & externa templi Hierosolymitani exædificatione, sensu literali, præsentis loco agatur: de Christo vero ejusque regno & beneficiis sensu spirituali seu mystico: is enim, ait, ut à ritu op. à DEO sub figura Salomonis proponitur, à quo certo modo adumbratur & præfiguratur. Et hæc sententia illi textui convenientissima videtur. v. p. 348. Ph. S. Ad hanc modo dictam sententiam & ipse Schmidius in hunc locum inclinare videtur, dicens: Qvod, quæ hoc loco à Deo Davidi promissa sunt, promissa quidem sint de Salomone, non tamen in persona Salomonis tantum impleanda, sed in posteritate etiam illius & maxime Messia seu Christo ex Davide & Salomone oriundo. Confert itaque hanc promissionem cum promissionibus Patriarchis factis: In quibus promittuntur eis & attribuuntur, quæ posteritati tamen eorum & imprimis Messiae competunt, & in his implenda fuerunt. Ita, ait, Abrahamo promissio facta est Gen. XII. v. 23. & faciam te in gentem magnam & benedicam tibi & magnum faciam nomen tuum, & erit in benedictionem, sed maledicentes tibi, execrabor, & benedicentur in te omnes familiae terræ item Gen. XIII. v. 18. Num celans ego Abraham quod ego facio? cum tamen Abrahamus existendo exstitus sit in gentem magnam & numerosam, & benedicendæ sunt in eo omnes gentes, terra. In his duobus locis soli Abrahamo, & de solo Abrahamo Deus loquitur, & de eo prædicat, quæ tamen in persona ipsius immediate omnia vera non sunt, sed mediate in posteritate ejus; diversa quidem. Nam (1.) dicitur: & benedicam tibi & magnum faciam nomen tuum, & eris in benedictionem, & benedicentibus tibi, sed maledicentes tibi execrabor: hoc, inquam etiam immediate in persona Abrahami impletum esse, non in sola posteritate, non dubitandum est. Qvod vero (2.) additur: & faciam te in gentem magnam, non nisi mediate in posteritate ejus populo Iraelitico & per hanc posteritatem ejus, cui etiam terra Canaan in promissionem data est, impletum esse constat. At (3.) Illud: Et benedicta erunt in te omnes familiae seu gentes terra, adeo Abrahamo

hamo in propria persona non competit, ut de solo Semine ejus, quod est Christus, verum sit: quemadmodum ipse Jehovah exposuit Gen. XXII. v. 17. 18. Benedicendo benedicam tibi, & multiplicabo Sementum sicut stellas cœlorum, & sicut arenam, quæ est super littore maris, & possidebit Semen tuum portas hostium suorum, & benedictæ erunt in Semine tuo omnes gentes terræ. Ubi quod (1) Abraham ibi id dictum est, & benedicendo benedicam tibi hic illi relinquitur, quia in persona ipsius competit quod (2) illi dicendum; faciam te in gentem magnam, de posteritate ejus universa exponitur, cum dicitur: & multiplicabo semen tuum, sicut arenam. Quod tandem (3) additur: Et benedictæ erunt in te omnes familiae terræ, de semine singulari, quod est Christus intelligendum est. Has promissiones jam applicat ad præsensoraculum: Eodem modo inquit, existimamus rem comparatam cum promissione Davidi facta, ut promiscuè de Salomone, filio Davidis prædicentur, eidemque adscribantur, quæ statim posperitati ipsius in universum, partim soli semini singulari, Christo, competitunt; Ita quando dicit Jehovah Davidi: Quando impletifuerint diestui, & cubueris cum Patribus tuis, constituam Semen tuum poste, quod egressurum est è visceribus tuis, & confirmabo illi regnum ejus: Ille edificabit domum nomini meo: ipse David de persona Salomonis clare exponit I. Chron. XXII. & cap. XXIX. v. 5. 6. quod vero secundo sequitur; & confirmabo thronum ejus in eternum: Ego ero illi in Patrem, & ille erit mihi in filium, Salmoni dictum est ut Patri, ex quo nascendus is, cui id soli competit, Christus. Quod si (3.) verba; qui cum perverse egerit, corripiameum &c. tam Christo quam Salomoni communia facere placuerit: tum quemadmodū de Salomone dicta sunt, tanquam quæ in posteritate ejus, implenda; ita Christo non in persona ejus, aut propter personam ejus, sed propter eos, qui filii ipsius faciendi, competent.

§. IV. His ita relatis alteram aliorum Exegetarum nullō parte minorum, quæque remoto comparationis tædio etiam nostra erit, adjiciens sententiam, quod in hocce Oraculo de solo Messia, non vero de Salomone sit sermo. Qvo vero nostra

stra hæc thesis expeditior reddatur, & distinctius paulo intel-
ligatur, probabimus illam absqve mora & ambagibus. (1.) Ex
contextu, verbisque expressis in textu non latentibus, sed præ-
fulgentibus, in qvibus Deus exerto velut digito demonstrat,
qvod de nullo alio, qvam de solo Messia hocce oraculum in-
telligi velit.

כז ימלאו ומייד ושבבת את-אבותיך (א) v. 12.
והקימתי את-זערך אחרך אשר יצא ממעיך

Quando completis diebus tuis, occubueris cum Patribus tuis, existatus sum Sementuum post te, quod prodibit ex viscerebus tuis. In qvibus verbis, dum firmiter vis literæ teneatur, nec ab eâ recedatur sine necessitate, qvæ primaria hermeneutices regula est, atqve esse debet, talis à DEO promittitur successor qui demum post Davidem fato functum sit excitandus. Quid enim aliud è Phrasiology Ebræorum, Dies alicujus esse impletos & cubare aliquè cum patribus suis, significatur, nisi illud, quod hanc caducam insequitur vitam, id est mors & de posteriori phrasi sic expresse legitimus in verbis Bathshebae ad Davidem I. Reg. I. v. 21. כשבב ארני-המלך עם אבתיו והייתי אני בני חטאיהם Cum occubuerit Dominus rex cum Patribus suis; ero ego & filius meus peccatores. Qvis qvælo aliud hic concipiet, nisi mortem præsertim cum hæc phrasis & de Davide jam mortuo legatur I. Reg. II. v. 10. Et David occubuit cum patribus suis & sepultus est. De Salomone I. Reg. XI. 43. De Jeroboamo I. Reg XIV. 20. Ad qvam cum hoc loco altera phrasis de impletis alicujus diebus, accedat, tanto firmior est mortis significatus, qvippe qvâ dies hominis simpliciter implentur, qvi alias vivente etiam homine secundum qvid impleri dicuntur. Eidem mortis innuendæ significatione gaudet altera phrasis וְהִקִּימָתִי & qvidem addito אחרך Excitabo post te. Eqvidem vel sola excitandi vox ex convenientia materiæ non raro infert talem suscitationem, qvæ futura est diu jam mortuis iis, qibus suscitatio promittitur: Id qvod probant verba Mosis ad Israelem

נְבִיא מִקְרָבֶךָ מֵאַחֲרֵךְ כִּמְנִי יְקִים לְךָ יוֹחָוָה אֶל הַיְם Prophetā è medio tuo è fratribus tuis sicut ego sum, suscitat tibi Jehovah Deus. Sic & Ezech. XXXIV. 23. Promittit Deus Messiam verum & unicum Pastorem longo tempore post excitandum: Excitabo eis Pastorem unicū, qui pascat, Servum meū Davidem, ipse pascet & ipse erit Pastor. At vero hoc loco plus quam firma est Davidicæ mortis significatio: ex congruentia solius materiæ ea non infertur, sed ex ipsa forma verborum, quandoquidem τὸ ἀχρίδιον post te, idem est, quod post mortem tuam. Ita phrasis Post ipsum I. Reg. I. 20. statim exponitur de morte in subseqvente v. 21. Quotiescumque vero cubatio cum Patribus suis habet adjunctam phrasin post me, post te, post illum, toties significatur per hoc אחר status post mortem, & quod post aliquem indicatur futurum esse, id mortuo illo futurum esse indicatur. Hoc autem nostro loco post Davidis impletos dies post Davidis cubationem cum Patribus suis, post ipsum Davidem promittitur excitandum Semen ejus: non igitur de nascendo ante Davidis mortem Semine, sed de nascendo post fata Davidis, hic Sermo est. Salomon vero quamvis circa hujus Oraculi tempus in lucem editus non esset, nihilominus vivo adhuc Davide non minus in vitam, quam in regnum introiit. Quod vero hinc usque ad natum Salomonem intercessit temporis spatium, expeditionibus bellicis est impensum, quibus Philistæi, Iudæi, Amalekitæ, Moabitæ Ammonitæ & Syri domiti sunt II. Sam. VIII. & X. I. Chron. XVIII. & XIX. & Israelethici imperii termini non solum à Schichore Ægypti usq[ue] ad Hamath I. Chron. XIV. 5. sed etiam inde usque ad Euphratem, Syriae Zobææ limitem propagati II. Sam. VIII. 3. qui extremi erant terræ, Semini Abraham à DEO promissæ, termini Gen. XV. 18. Deut. XI. 24. Jos. I. 3. 4. & à solo Davide & filio ejus Salomone I. Reg. IV. 21. 24. 2. II. Chron. IX. 28. possessi. Quæ bellorum post tempora denuo vertente anno, quo tempore Reges ad bellandum prodeunt, Joab Rabbam Ammonitarum

B

metropolin

metropolin obsedit, David autem interim desidens Hierosoly-
mis II. Sam. XI. 1. I. Chron. 20. 1. Bathshebam adulterio pol-
luit. Post natum filium in adulterio conceptum David peccati
sui convictus resipuit, postea vero Bathsheba Davidjam ma-
rito suo alios atque alios interque eos Salomonem filium pe-
perit: cui Deus ut pacifico futuro *Salomonis* nomen imposuit
I. Chron. XXII. 9. Ex quibus omnino constat, Salomonem
natum atque excitatum fuisse longe ante Davidis fata, quippe
quem David in vivis existens & natum vidi, & diu post in Re-
gem ungi iussit, I. Reg. I. eumque ad timendum Deus cohortatus est.
Tandem David Salomonem praceptis instruens
moritur I. Reg. II. v. 1. 10. Atque ita veritate expeditissi-
mè clarè & natus est vivo Patre, & sedet in solio Davidis non
tantum post ipsum, sed & antefaciem ipsius & loco ipsius Sa-
lonon, ut videri licet I. Reg. I. 30. seq. Nec possunt hīc com-
mode misceri & Salomon, & Christus velut Semen per Salomo-
nem olim e visceribus Davidis proditurum, quandoqvidem
Christus ne ortus quidem est ex Salomone, sed ex Salomonis
fratre Nathane Luc. III.

Docet porro Contextus, hoc loco non agi de Salomone, sed tan-
tum de Christo (β) per phrasin absolutam v. 12. וְהַכִּנָּתִי אֶת־
מֶלֶךְךָוּ Et stabiliam regnum ejus. Quæ ita absolute posita
phrasis non quadrat in Salomonem, & cum de Salomone ser-
mo est, vel ad certos ejus dies illud dirigitur, vel sub conditione
promittitur: ut illud I. Chron. XXIX. 23. 25. hoc vero I. Chr.
XVIII. 7. clarè patet. Cum veronostro hoc loco absqve ulla
conditione promittatur confirmatio regni Seminis, è mortui
Davidis visceribus suscitandi, facili negotio intelligitur, eum
hīc significari, ad quem conditio probitatis perseverantis non
attinebat, qui solus est Christus Hebr. 7. 26. Accedit eventus,
qui docet, Salomonis regnum non esse ita simpliciter confir-
matum, sed ex conditione ab ipsius Patre I. Chr. XXII. 13. ipsi
proposita, at deinceps à Salomone prætermissa non parum nu-
tasse

taſſe qvem in finem legatur I. Reg. XI. Totum Solius autem Christi regnum absolutè firmum est, ita ut nec portæ inferorum, nec ulla alia vis prævalere possit.

Quid qvod (γ) prædicatum, qvod huic successori Davidis velut Regiā DEO tribuitur, non Salomoni, sed Messiæ tantum exasle & proprie competere potest: qvippe cujus regnum dicitur æternum v. 13. Neqve enim tantum v. 12. dicitur: stabiliturus sum regnum ejus, sed & v. 13. iterum id absolutè & absq; conditione additur: *Regni ejus non erit finis.* Successori igitur hic destinato promittitur absolute proprietatem æternum. Qvando vero Scriptura absolutè & sine omni limitatione aliquid ponit, nostrum non est, illud restringere; Jam vero Scriptura non semel, sed iterum atqve iterum regnum hoc æternum pronunciat v. 12. 13. 16., I. Chr. XVIII. v. 12. 14.

Ultima præsertim phrasis, quæ (δ) vehementer est tenenda, ita legitur concepta: *Et constans erit domus tua, & regnum tuum usque in æternum ad faciem tuam, solium tuum erit firmum usque in æternum* II. Sam. VII. 16. quæ I. Chr. XVII. 14. ne ex mutato iſtyle, qvi illic ad ipsum Davidem dirigitur, mutatio quoque personæ colligatur, ita proferuntur: *Et stare eum faciam in domo mea, & in regno meo usque in æternum.* Qvibus ex verbis aperte convenientibus in aprico ponitur, eandem hīc esse dominum Davidis, quæ domus est DEI, & regnum Davidis idem qvod regnum est DEI, in qua & in quo fuscitandum Davidis semen usque in æternum stare debeat, ita, ut vel coram facie jam mortui Davidis hæc seminis ejus constantia esse debeat, & vigere. Domus vero illa æqve Davidica ac divina (conf. Zach. XII. 8.) non est Salomonea familia, quæ nimis inconstans fuit, & non raro turpiter excidit, in quam & nativitas Messiæ non incidit; sed est Sancta Mariæ Beatæ Virginis dominus ex Davide per Nathanem orta, & ita per Spiritum S. adiuncta, ut ex admiranda S. Spiritus ἵππλεύσαι & Filiæ Davidis animata carne Filius DEI nasceretur: ut propterea verus hīc sit sensus: *Et constans erit domus tua,* O David, i. e. non excidet,

non exstingveretur domus tua, sed per Mariam filiam tuam in domo tua is nascetur, cuius non est finis: Itemque in loco parallelo hic sit genuinus sensus: *& stare cum faciam in domo mea usque in æternum*, i. e. Semen illud tuum te mortuo ex Maria filia tua olim suscitandum non perire patiar, sed stare faciam in domo illa mea, quam ego per *Ιησον* S. Spiritus omnino meam sum facturus usque in æternum. Sic porro Regnum illud promissum æque Davidicum ac Divinum (Luc. II. 23. 33.) non est regnum Salomoneum, quod nimis vacillare cœpit ipso Salomonе vivente ac defecit ex parte primum, ac tandem plane periit in ejus posteris, & in quod regnum Christus nunquam venit: sed est regnum DEI super domo Jacob, quod jam olim in Davide quidem administratum est ex Spiritu quoque, dum domum Jacob jamjam diremtam & ad unionem, & ad verum Dei cultum revocavit, maximopere vero in Christo divinitus ex spiritu administratum & auctum est, ita ut ad domum Jacob recollectam accesserint etiam filii DEI ex gentilibus acciti. Qvando igitur dicitur: *Erit Regnum tuum, o David! usque in æternum ad faciem tuam*, hic est sensus: Quamvis ipse fueris mortuus, nihilominus Regnum tuum super domo Jacob non peribit: Ipse etiam mortuus videbis, domum Jacob non fore sine Rege ex te orituro, qui Rex filius Dei & *Reāvθρωμς* Christus est. Eadem vim habent cætera, *stare cum faciam in regno meo usque in æternum*, i. e. quicquid ipsi continget, Rex erit, Rex manebit, & in æternum Rex meus erit: quo sensu tandem etiam solium Davidis & solium Seminis ejus unum est, firmum est æternum est. Ergo hocce de Regno Seminis Davidici æterno oraculum, non de Salomone, neque de ejus posteris interpretandum erit, utpote cujus regnum in æternum durasse dici non potest: Regnum enim Israelis jam in filio ejus ita fuit disceptum, ut ne quarta quidem pars ipsi remanserit. Quare liquide constat, æternitatem hanc omni jure comprehendere soli regno Christi, quod in æternitatem omnem durare debet,

debeat, de quo ipse David voluptate perfusus lætante voce ce-
cinit Ps. XLV. 7. וְעַד עִלָּם כֶּסֶף אֶל חָוֹם Solium tuum in seculum
est & in æternum & Pl. LXXXIX. v. 30. 37. dicitur: Disponam in-
æternum Semen ejus & solium ejus sicut dies cœlorum. Semen ejus
in æternum erit, & solum ejus sicut sol coram me Conf. El. IX. 7.

Hæc autem omnia tribuuntur (ε) semini Davidis domum
divino nomini ædificaturo. Ille ædificabit domum no-
mini meo. Ad quæ verba Calovius eximias tovet cogitatio-
nes, Pronomen illud **הוּא** inquit, usurpatum de Semine Davidis re-
mittit nos haud obscurè ad **הוּא** illud Prot. Evangelii Gen. III. 15. de
Semine ibi promisso: Ut idjam ad familiam Davidis hoc oraculo re-
stringi intelligamus, quod ante per promissiones Abrahæ, Isaaco, Ja-
cobo de Semine ipsorum datas ad Abrahamum, Isaacum & Jacobum,
& per oraculum Jacobæum Gen. XLIX. 10 ad tribum Iuda restrictum
est. **נָתַן** hic Messias exstruxit sibi spiritualem domum. cuius ipse
fundamentum est, de quo Deus testatur per Prophetā Esaiam c. XXVIII
16. Ecce fundamentum posui in Zione lapidem, lapidem probationis
angularem, pretiosum, fundationem fundatissimam, qui credit non
præfestinabit. Huic fundamento per fidem superin ædificantur fi-
deles Eph. II. 15. 16. I. Petr. II. 6. Hinc factum est, ut Spiritus S. Mes-
siam, ut domus hujus exstructorem introducat Zach. IV. v. 12. 13. Ecce
virum, cuius nomen est **תְּבִיבָה** germen, hic ædificabit templum Jehovæ
hille, Germen, testimonium præbet de se ipso Matth. XVI. v. 18. Super
vanc Petram ædificabo meam Ecclesiam, & portæ inferorum non
ualebunt adversus illam. In quam sententiam & Brentius in
hunc locum inclinat: Rogat, inquit, David Dominum, ut quemo-
dum p̄r Prophetam Nathanem promiserit, se semen ipsius su-
ocitaturum, regnum firmaturum, domum ædificaturum, sic promissio-
ni satisfaciat. ut nomen ejus glorificetur, & Majestas ejus magnifi-
cetur, adeoque ubivis prædicetur, Israëlis Deum esse verum Deum
Gentium autem idola demonia. Deus autem non tunc præcipue glo-
rificatus est, cum Salomo templum illud lapideum exstruxit: Sed cum
Jesus Christus per sanguinem suum ædificavit sibi Ecclesiam castam,

B. 3

sanctam,

17. 18. 19.

sanctam, firmam, super Petram edificatam. Etiam si verò ipsa phrasis de struenda Nomi divina domo possit æque facile per verba seorsim posita de domo lapidea, quam de domo spirituali exponi: quia & τὸ οὐρανόν solitariè consideratum æq; facile ad merum hominem, & semen Davidis Φιλανθρωπὸς sumtum potest applicari: atque ad Christum velut Semen Davidis Ἰεροφάντης sumtum regula tamen hermeneutica hic observari meretur seqvens: Quoties phrasis æque commode sumi posse videtur & de re merè naturali atque humana, & de re fidei supernaturali ac divina: toties sensus fidei supernaturalis præferendus est in Scripturæ S. expositione. Jam vero augustior sensus est de domo DEI spirituali, quam de domo DEI externa, ex lapidibus & cæmento ac simili materia confecta, & cum cæteris circumstantiis conjunctus non tantum æque commode, sed etiam tantum commode de domo spirituali valet: ergo omnino hic sensus de domo spirituali alteri sensu, de domo lapidea vel cedrina præferendus, itaq; & Filius DEI Christus, non vero Salomon hic intelligendus est.

Atque huic Messiae, huic Filio Davidis inter reliqua etiam prædicata omnia (s) competit magnifica illa dictio: Ego illi in Patrem, & ille erit mihi in Filium, quæ verba iterum ab solute posita in hominem merè talem non conveniunt, sed augustiorem personam requirunt: quia de re ex Parallelismo inferius dicendi locus supererit. Neque enim in Salomonem quadrant ita simpliciter posita, unde, cum de eo tale quidpiam profertur, id partim ad gratiosam selectionem ad filiationem spiritualem refertur, partim cum hypothesi perseverantis fidei dicitur (juxta font) I. Chr. XXVIII. 5. 6. 7. Conf. cap. XXII. 9. 10. 13. Atque inde etiam id profluxit, quod non semper Pater ejus fuerit Deus, nec ille semper DEI Filius esse potuerit, dominante scilicet in eo sic peccato originis, ut veram DEI reverentiam amori uxorum tuarum postponeret I. Reg. II. De Filio autem DEI etiam in humana natura

subsistente semper id verum, semper firmum est, nec aliter
id esse potest, ob unam illam & æternam Filii DEI genera-
tionem ex DEO Patre inde ab æterno & in æternum usque
existentem, ex eaqve per unionem personalem utriusque na-
turæ, pro manantem communicationem illius æternæ filiati-
onis, Christo homini quoqve, ut unico DEI filio compe-
tentis.

Ad hæc accedunt (ζ) singularia hæc verba v. 14. ulterius
posita : אשר בחרות והכחתיו בשבט אנשים ובנגי ארם
*Quicum permittet perverse se tractare, illum corripifaciam virga
hominum, & plagiis filiorum hominis, seu filiorum Adam. Ma-
gnum in his verbis pondus, & cum summo pro nobis pacien-
tis Domini mysterio magnopere conveniens, dum vis ver-
borum observetur. Verba enim in Conjugatione tertia (in
hophil.) significatione gaudent non tantum transitiva, sed &
moralis, impulsiva, permissiva etiam, vel saltim declarativa,
ita ut subjectum sive persona ad actionem producendam
concurrere possit si non per directam efficientiam, attamen
aliis quibuscumque modis, etiam declarative, ut de Absolo-
ne dicitur: Qvis constituit me judicem in hac terra, ut ad me
veniat, cuicunque est lis & causa וצדקהו ut illum justum
declarem § II Sam. XV. 4. Item permissive, uti Eleasar di-
xit Rebeccæ Gen. XXIV. 17. *הנמי אני Permitte mihi sorbere*
parum aquæ. Ita & de Elavo esuriente dicitur Gen. XXV.
30. *הלויטני Permitte me gustare de edulio ruffo &c.* Non
incommode ex querela Filii DEI in Ps 69. 27. huc referentur
seqventia : *כִּי אַתָּה אֲשֶׁר הַכִּית רְדָפָן* Nam tu quem permisisti
imò & voluisti percuti, eum percuti sunt Eodem modo & in
hoc loco hæc verba in Hiphil posita suo jure interpretanda sunt.
Qvod quando fit, infinitivus in Hiphil omnino infert aut cu-
ram, studium voluntatem, & cupidinem male agendi, sive
qvis ipse se ad male & perverse agendum inclinet sive alios
illuc incitat atque impellat ; aut saltem permissionem male
agendi*

agendi, vel male quam habendi, non repugnantiam seu tolerantiam, ubi quid mali fiat, ubi Affixum; significationem ad ipsum qui permittit, revertentem, cum alii male contra eum agere permittantur, absque difficultate admittit. Jam igitur si prior significatio haberet locum, & Salomon per illam phrasin divinitus esset praesignificatus: Nonne illi quoddam peccandi & consulto peccandi quasi privilegeium absq; æternæ damnationis formidine concessum fuisset, aut certe major ita peccandi licentia fuisset relieta, quandoquidem poenæ quidem dictæ fuissent, sed cum certitudine misericordiae divinæ finaliter non amittendæ? quod quidem valde ἀκυρον atq; ἀθελεγον foret dictu: ita enim versu proximo non removenda DEI misericordia promitteretur voluntariè etiam peccaturo. At vero de Filio DEI commode id omne dicitur in significatu permissivo: Permittet male se haberi, permittet perverse se ab aliistractari, non impediet alios male ipsum & perverse habere; qui significatus tunc quoque, licet cum decreto etiam divino valebit in voce וְהַכְתֵּה יְהִי permittam & curabo eum percuti. Deus enim est, qui Filium suum pro nobis tradidit morti, morbosque nostros ipse Messias pertulit & dolores nostros bajulavit: quamvis nos estimemus eum plaga affectum, pereustum à DEO & afflictum: Nam ipse dolore afficitur à defectionibus nostris, castigatio pacis nostræ imponitur ei, & tumore ejus sit curatio nobis Es. LIII, 3. seq.; & quamvis Christus querens nulli peccato obnoxius fuerit, multo minus improbe vel perverse quidquam egerit, attamen peccata filiorum hominum in se suscepit, & cum non ipse norit peccatum fieri pro nobis tamen peccatum voluit II. Cor. V. 21. Quo ipso testari voluit, se verissime peccata nostra succepisse, ac gravissime ob illa angi, affligi. poenasque hominum sustinere voluisse, tanquam vadem, sponsorem atque Mediato rem nostrum. In summa Messias de se Sancto velut denon sancto perverse agi permisit, & Deus immisit in Messiam non commeritam omnem virgam, omnesque plagas, quæ filiis hominum

hominum omnibus ac singulis verè eas commeritis in cum-
bebant, ut omnijure locus Esaiæ citatus hujus loci commen-
tarius esse possit, ibi enim נגוע Plagatus dicitur ab eadem
voce, qvæ hīc occurrit de *Plagis filiorum Adam*: qvæ & ipsa
vox h. l. tanto magis est memorabilis, qvia non tantum ge-
neratim hominum, vere אָנַשִׁים i. e. mortifera peccati labē
decumbentium virgam Deus illi destinat, sed & per plagas
filiorum Adam, in ipsum immittendas, ad primarium in or-
bem introducti peccati principium humanum, lectors &
auditores tanti decreti graviter remittit: ita tamen, ut rema-
neat misericordia in eum, qui non ex proprio, sed alieno pec-
cato atq; supplicio redditus erat miserabilis. Id quod ex ap-
posita promissione vers. seq. is. magis confirmatur: *At beni-
gnitas mea non movebitur ab eo quemadmodū amovi à Saule, quem
amovi à facie tua.* Qvibus verbis expresse testatur DEUS,
Messiam non prorsus derelictum iri in plagis & passionibus
suis, quemadmodum impius Saul, qui à facie Dei etiam fina-
liter atq; in æternum fuit amotus i. Chron. 10. v. 13. *Saul enim
mortuus est in prævaricatione sua.* Licet vero mortuus sit Christus
imò acq; ac Saul in infernum descenderit; attamen post
mortem novos cruciatus infernales non sustinuit, sed, cum
Saul ut miserrimè damnatus ibi locum supplicii cœpit, Christus
ut victorem ibi se stitit, potentiaq; ac robore Dei in in-
ferno gloriose stipatus fuit. Patet igitur ex ipso contextu in-
tegro, propriè hic agi de Christo, &, licet aliqua verba sint,
quæ ad Salomonem extra ſuā textus considerata recte re-
ferri possint, (in qvibus ultima verba quoq; ad Salomonis fa-
lutem probandam allegari solent, qvam tamen aliunde rectius
probari posse autumo;) nihilominus hunc in tota sua con-
gerie consideratum textum ad Salomonem plane non attine-
re, sed unicè ac solitariè Jelum Christum Dei Flium Grābgo-
nū spectare.

§. V. Secundum argumentum, qvod apodicticē
C pro.

probat, huncce successorem Davidis non esse Salomonem, sed Messiam, praebet nobis Paralelismus Scripturæ, qvi nihil aliud est, quam mutua collatio textus unius cum altero ac præfertim difficultioris curr. faciliori. Hunc enim (1) locum, imprimis v. 13. 13. 16. De æterno regno & solio sempiterno a gentem Angelus Mariæ Virgini Ἀγγέλος licet eum non abieget, revocat in memoriam Luc. I. v. 32. 33. ita dicens : Ecce concipies in utero & paries Filium, hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus solium David Patris ipsius, regnabitque super domum Jacob in æternum & regniejus non erit finis. In his satis luculenter Angelus Gabriel verba hujus vaticinii ad Christum refert, Virginemq; Mariam de glorio promisso, Davidi jam pridem dato, commonefacit, & non dubitantem quidem, at turbatam tamen ob illam insuetam comparitionem & salutationem Angelicam erigit, credentemq; tanto magis firmat, quanto magis Virgo meminerit, se ex familia Davidis oriundam, ex cuius domo Virgini nascituræ promissus sit Rex tantus. Atque ita ad firmam eorum, quæ narrabantur, fidem, B. Virgo magis magisq; divinitus deducebatur, ut inde colligere potuerit, cum tempus promissionis impletum sit, nonnisi veritatem divinam esse, quam Angelus referat, eadem nunc dictans futura, quæ Davidi Patri suo de nascituro sibi post fata sua Tanto Filio erant promissa, ut ei in æternum usq; dandum sit Regnum Dei & Davidis, imo cui daretur Dominatus, gloriaq; ac Regnum, ut omnes populi, Nationes & linguae ei servirent : cuius dominatus esse debeat perpetuus qui non præterit, & regnum ejus, quod non corrumperit Dan. 7. v. 14. Probat nostram sententiam (2.) Ἀγγέλος etiam allegatus veri. 14. in hisce verbis : Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filium. Namq; haec verba quod non pertineant ad Salomon, sed ad Christum, ipse Spiritus S. docet, qvi expresse testatur, quod haec promissio tanta sit, ut nemini, ac ne Angelo quidem nulli, ea ad litteram & in sensu kujus

hujus dicti vero ac sublimi conveniat: quod demonstratur
Ebr. I. v. 4. s. Christus tanto præstantior factus Angelis, quanto ex-
cellentius præ illis sortitus est nomen: Nam cui dixit unquam An-
gelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et iterum: Ego
ero ei in Patrem, & ille erit mihi in Filium? quia de probatione
non opus est quidquam addi, cum longè sit firmissima, velut
ab ipso Spiritu S. suppeditata, quæ nec infringi potest similis
alicujus dictionis instantia, cum nulla similis exempli instan-
tia detur, sed, quæ dari videtur, vel suspensa sit à certa hypo-
thesi, vel agat de gratia selectionis, ad fidem, vel planè à
scopo sit aliena: cujus experimentum unicuique reservo.

§. VI. Tertium nobis argumentum erit, quod, nisi
hic noster locus propriè & literaliter de Christo agat, planè
nullus omnino locus sit superfuturus, ex quod tanta de nascen-
do ex Davide Messiae promissio, velut Davidi revelata, pro-
bari clare firmiterque possit. Nullus certè locus, quicquid etiam
allegatur, nostro loco æqualis est, & tamen ipsi Davidi per
prophetiam id innotuisse, Petrus significat Act. 2, 30. idemque
testatur Ps. 89. & Ps. 132. quæ loca ad præcedentem quandam
promissionem respiciunt. Nusquam autem per totam Davi-
dis historiam sive in libris Samuelis, sive in Priore Chronico-
rum obvenit similis promissio quæ tamen cur sit omissa cum
tantæ sit majestatis ac Divinitatis, nulla ne probabilis quidem
ratio dignè poterit afferri. Quam ob rem ipsa necessitas
quocumque docet, hunc nostrum locum firmiter tenendum esse,
velut plenum Divinâ illa promissione ipsi Davidi de suo Filio
θεαυθρώπῳ ac satisfactore nostro facta.

§. VII. Ipla præterea Davidis interpretatio, quæ quarti
nunc argumenti loco stabit, & ex abundantí adjungetur
sensum nostrum exigit, qui versu 19. sic ait: וְהִקְתַּן עֹור
זֹאת בְּעֵינֶיךָ אֱדֹנִי יְהוָה וְחַרְבְּךָ גָּמָן אֶלְלָי בֵּית - עַבְרָךְ
לִמְרֹחֹק וְזֹאת תּוֹרַת הָאָרֶב אֲדֹנִי יְהוָה
est hoc in oculis tuis, Domine Jehovah, adcon locutus etiam sis de
familia

familia servi tui in longinquam; & haec lex (vel delineatio) hominis Dei Domini conf. i. Chron. 17. 17. In quibus verbis David prædicat hunc suum successorem ut Deum & Hominem, quasi dicat, O Deus, quod tu mihi promisisti, non concernit Filium meum ex lumbis meis immediate nasciturum, sed è longinquo & in longinquam delineas filium quendam meum, quierit homo & simul erit Adonai Jehovah. Neque enim obsistere nobis potest, quod per vocativum ab aliis quibusdam Dei nomen hic exprimitur, sicut crebro fit per totam hanc Davidis precationem. Quoties enim in hac precatione obvenit Vocatus, toties præcedit vel proxime circumstat allocutio DEI in secunda persona; at vero in hujus citati versculi fine nulla est secundæ personæ mentio, unde non immixtò appositionem retinemus, tantopore mysteriosam, hominemque agnoscimus Dominum & Jehovahm. Ad quod Waltherus in h. l. *Hanc promissionem de Messia ex posteritate mea nascituro sic accipio quod is verus quidem homo futurus sit, sed tamen una in persona unitate Iesu Jehovah altissimus.* Ex quo non absurdè colligitur, Filium DEI non minus Davidi, quam reliquis Patriarchis in forma humanæ naturæ per dispensationem temporalem tunc assumtæ, & in temporum plenitudine personali & sempiterno fædere assumentæ apparuisse, cum Vir fuerit secundum Cor DEI & de Messia a peculiariter confirmatus. Hæc Waltherus ad locum parallelum I. Chr. XVII. intentus. De hocce igitur vaticinio per totum Psalterium David lætus cecinit, modò ardens suum desiderium erga Messiae adventum significans ut Pl. XVII. 7. Pl. CXXXII. &c. modo divinæ naturæ consortium exprimens ut Pl. XLV. 3. 8. Pl. CX. 1. &c.

S. VIII. Supereftut jam contrarium, numquid obesse nobis queat, at sine ullo suâ quemquam laude defraudandi animo, (quippe quem Viri de Ecclesiâ Christi, & scripturarum intellectu Optimè meriti non commerentur) perpendamus intentiam, atq; thesin nostram defendamus ex scrutinio oppositi,

oppositi. Præcipua ergo, qvæ nostræ opponuntur sententiæ, qvod non omnia possint explicari de solo Messia, hæc sunt:
(a) De cuius templi ædificatione agitur in Davidis proposito, de ejusdem ædificatione quoq; agitur in Dei responso, propter immediatam connexionem. mutuamq; inter qvæsitum & responsum relationem. At de templi Hierosolyminitani ædificatione agitur in Davidis proposito, qvod constat ex cap. 7. 1. Sam: v. 2. Ego &c. Respondemus: Concedenda quidem est consequentia Majoris, ast non in totum, sed in tantum & ex parte. Nam utiq; & Deus respondit ad propositum Davidis, de templi materialis exstructione, nimirum removitive; *Numquid ædificabis mihi domum?* attulitq; rationes negativæ responsonis: tum qvod non habitaverit in domo inde a deductione Israélitarum ex Ægypto, tum, qvod nūnquam hoc postularit &c. Positive vero & thetice deinde ex istâc occasione majora Deus promittit, invertendo propositum Davidis: *Non tu quidem mihi, sed ego tibi ædificabo domum,* scilicet excitando domum tuæ æternum Semen, qvod sit promissæ domus stabilimentum, & regiæ tuæ domus æternus conservator. De his plura vid. §. II. Objiciunt (β) promissum istiusmodi Regis, qui peccare potest, qviq; castigatur ob peccata virgis hominum. Qvod argumentum qvam maxime Interpretes vel optimos movisse videtur, ut sensum de Salomonone tenerent, eumq; Christo permiscerent, qvia dubium videbatur, qvomodo Filio DEI posset tribui, perverse ipsum agere. Verum salva veritate & pietate, qvomodo hæc omnia dextre exposita qvam optime Messiæ, non vero Salomonis competant vid. §. IV. anteced. ubi hæcce salvis aliorum qvoq; responsonibus iunt explicata. Objiciunt denique (γ) Explicationem Davidis de Salomonone: David, ajunt, sensum verborum Domini utpote Propheta Act. II. 30. omnium optimè intellexit, qvi hæcce omnia ad Salomonem refert I. Chron. XXII. 9. c. XXVIII. 2. Ipse qvoq; ,ajunt, Salomon fibi

C. 3

hæc

hæc appropriat I. Reg. V. 5. c. VIII. 17. II. Chr. VII. 18. qvæ loca
omnia huic promissioni parallela videntur. Sed hæccæ
loca negamus parallela esse huic promissioni. Ista promissio
I. Chron. XXII. 9. & XXIX. 23. ad quam cætera addueta loca
spectant, tempore posterior fuit hâc nostra promissione &
unice respicit Salomonem, non Christum, valdeq; probabile
est, hanc promissionem Davidi esse factam circa tempus factæ
aut certè si ita placet, instantis jam nativitatis Salomonis, qvod
verbum כָּל־דַּבָּר ו impositio nominis propri ad oculum demon-
strat, qvo sine novo indicio ne certus qvidem esse David po-
tuisset, qvis è tot suis filiis divinitus designatus fuisset. Dis-
ferunt ergo tempore hæduæ promissiones, altera de solo Sa-
lomone, & altera eaq; prior de solo Christo agens. Porro ista
agit de domo materiali, hæc de domo spirituali: Illuc promis-
sio conditionata est, si custodierit Salomon legem Domini,
hic sine conditione & absolute dicuntur omnia. Ex qvibus
omnibus, οὐκετί nostram non de Rege Salomone, sed uni-
ce de eo, qvi Regum omnium Rex est, Christo JEsu agere,
luculenter patescit: Ne qvid nunc dicamus de firmiter tenen-
da Verbi Divini qvoad sensum simplicitate, qvæ omnem mi-
xturam tales remotam esse per se cupit atq; jubet. Salo-
moni autem qvædam hic dicta esse, ut futuro Patri Christi, id
qvidem non opus est multis refelli, cum cognitum sit ex Evangelistis,
Salomonem nunquam Christi Patrem esse factum.
Reliquum jam est, ut usum oraculi haetenus expositi brevi-
bus quoq; adumbremus. Sicut enim omnis Scriptura, uti
πρόστατος @, ita & utilis est ad doctrinam, ad redargutionem
ad correctionem & ad admonitionem in justitia juxta
2. Tim. 3. sic & locus hicce noster insigne præstat
ius. Esto igitur,

SECTIO

SECTIO II. PRACTICA.

S. TEXTUM AD USUM ACCOMMODANS.

§. I.

DAtuit in ipsa Exegesi *doctrina* de Semine Davidis post ipsius mortem tandem suscitando, itaq; vero homine, at qvi Filius Dei simul fit in eadem persona, qviq; ex officio suo futurus, sit Doctor & Collector domus spiritualis, in eadamq; uti & in omni Regno Dei Rex æternus &, porrò, dum plagas filiorum Adam suscepit, sacerdos qvoq; noster, innocuus de cætero & patiens supplicia non sua, sed nostra, & omnium tandem malorū, ipsiusq; inferni debellator atq; triumphator, misericordiæq; divinæ restitutor. Non opus est prolixius ista proponi, qvæ sacræ doctrinæ studiosis sunt notissima. Miramur hic potius & removemus per ἔλεγχον scripturæ Judæos, Socinianos, & aliquos alios negantes, hocce oraculum agere de Christo, sed unicè de Salomone interpretantes; Cui sententiae modernis etiam temporibus Patroni ac amatores non delunt. Verum ut illi nimium aberrant ignorantes Scripturæ, ita hi, si suis denudentur larvis, pauloq; proprius inspiciantur, evundem illum, aut ex professo aut per consequentiæ necessitatem, produnt errorem, qui tanquam infelix lolium & apostema omnem succum & sanguinem pietatis, Veteris Test: fidelibus exlugere annititur, fermentique instar deinceps sepe per universum Theologiæ corpus diffundit, ut orta sic horrida de Christo Non-Christo matæologia nihil sani sapidiq; reliquum faciat: Qvod scilicet V. T. fideles neq; in Christum ex ulla necessitate crediderint, neq; hac fide salvati fu: erint. Præit illis Smaltzius: Credebant, ait ille, fortassis aliqui Christum venturum, sed hoc à nemine requirebatur, & aliud, credere aliquem, venturum, & credere in aliquem. Hinc aliam justificandicationem, quam qvæ in Vet. Testam. valuerit, per Christum

stum promulgatam & annunciatam esse, audacter ejus nota
homines affirmant, qvia ipse Paulus testetur, qvod fides sub
Evangelio deum revelanda fuerit Gal. III. v. 23. Antequam
venit fides, sub lege custodiebamur. Verum fides sumitur in
hoc loco secundum totam connexionem de fide promissio-
nis in publicum effectum, prædicationem & manifestationem
veniente, itaq; pro objecto fidei & promissionis Abrahæ factæ
effectu, sive pro complemento promissionis, idq; qvod ipse con-
textus ad oculum demonstrat vers. 22. Deus conclusit omnes sub
peccatum, ut promissio ex fide daretur credentibus. Qvam pri-
mum igitur per peccatum originans Lex ad justificandum ho-
minem invalida impletuque impossibilis facta est, conclusit
Deus omnia sub peccatum, i. e. declaravit per justam è Lege
sententiam, nos omnes esse reos peccati, iræ divinæ atq; ve
æternæ damnationis, simulq; Evangelizans ordinavit à pri-
mo inde miseriæ illapsu alium justificandi & salvandi modum,
per fidem scilicet in JEsuM Act XV. ii. Hæc fides prædicata
est Protoplasis Gen. III. v. 15. Et consolata est Evam partu-
rientem Gen IV. i. Hæc fides sicut Paulus afferit erat Abra-
hamo Gal. III. v. 6. Et qvi ex haec fide sunt, benedicuntur
cum fidelii Abrahamo, justique cum Abrahamo declarantur
v. 9. relato ad v. 6. Haud parum nihilominus substruunt verba
Georgii Calixti ad corroborandam illam Socinianorum len-
tentiam: Christianis inquit, ut Deum & Christum Redem-
torem suum, qui per incarnationem suam reapse mundo ex-
hibitum est, & tanquam unigenitus DEI Filius & persona à DEO
Patre distincta apparuit. rectè colant, salutemq; consequantur,
necessarium est, ut Divinitatem Christi, nec non S. Spiritus, sicut in
Nov. Test. revelata est, explicite cognoscant & credant: ut autem
sciant, num idem pari modo omnes, qui sub Veteri Pacto servati sunt,
cognoscere & credere oportuerit, non est necessariū. Nec ulla vel Con-
fessio vel Formula præscribit aut docet, credendum esse, qvod omnes
prisci Fæderis fideles Mysterium Trinitatis distinctè cognoverint; aut
qvod

quod id ipsum in libris V. Testamenti ita exprimitur, ut à quovis
tunc potuerit animadvertisse & intelligi sive etiam hodie absque ad-
miniculo Novi adversus eos, qui negent, & novum non recipiant,
demonstrari & evinci. Vid. ejusd. Dissert. de Myster. Trinit.
§. 20. Verum nostrum ex orthodoxia assertum; qvod fides
in Iesum aequa necessaria in Vet. ac in Nov. Test. fuerit, per ho-
rum ac similiū omnium iudicia dimoveri non debet: Etiam-
si his quoque vel petulantissimè accedit imò & prævenire stu-
deat Democritus Christianus, vel potius Non-Christianus,
qui omnem ḡeāθρων Christum & fidem ex eo justificantem
non Veteris tantum, sed & Novi Testamenti fidelicus reipsa
studet adimere, aliumq; venobis obtrudere gestit Christum el-
lentialiter, & ut partem nostræ essentiæ, nobis inexistentem,
quo ipso animum plusquam Socinianum, Naturalisticum
& tantum non atheum nimis prodit.

§. II. At vero nos credimus, & probamus, qvod unica
salvandi perfidem in Christum ḡeāθρων ratio omni tempore
fuerit, ac sit hominibus cunctis necessaria, perque omnes Pro-
phetas annunciata Act. X. 43. atqui in Vet. Testamento tam
aperte & perspicue proposta, ut animus ex eo etiam solo
convinci posset: Id enim nisi verum esset, Scriptura Vet. Te-
stamenti non esset perfecta, neque perfectè nos ad salutem in-
struere posset, qvotamen disertè affirmat Christus Joh. V.
39. & Abrahami verbare testantur Luc XVI. Scrutamini Scri-
pturas, ait Christus, quia vos sentitis, in ipsis vitam eternam
habere, & ille sunt, quae testimoniantur de me. Habent Mosen &
Prophetas, ait damnato epuloni Pater eus ex carne Abraham,
audiant illos, ne scilicet veniant in locum tormentorum. Quid
vero est, qvod è Mose & Prophetis audire debent? Indubie
doctrina de Christo, quam Mosi & Prophetis vendicat Petrus
Act. III. 18. 24. vendicat Paulus Act. XXVI. 22, 23.

D

Prolixo

Prolixè testantur de Christo omnia sacrificia , omnesque
ritus sacrificiales, qvibus humani generis Redemptoris sacri-
ficium , satisfactorium illud , & DEUM hominibus placans,
adumbratur Gen. 4. 4. 4. 5. cap. 8. 10. &c. Christus enim est
Agnus Dei Occisus suo tempore pro mundo , & ad præfigu-
randam hanc mactationem declaratus ab origene mundi in
typis. & in efficacia meriti sui omnibus fidelibus inter sacri-
ficandum applicatus. Atqve hæc sacrificia non fuerunt
cultus electitius , qvippe qvi Deo placere non potest ; frustra
enim & in vanum Deus colitur iis doctrinis , qvæ sunt præ-
cepta hominum Marc. 7. 7. Matth. 15. 9. sed ab ipso DEO insti-
tutus, id qvod Caini & Abelis h̄ic comprobata , illic repudi-
ata sacrificia ad oculum demonstrant Gen. 4. v. 5. 6. 7. Neq;
sententia Joh. Lightfotii aliorumq; est rejicienda , qvod tunc
Deus statim jam docuerit sacrificandi ritum , cum pellibus
oblatarum bestiarum Parentes nostros vestiverit , ut ita , qvod
primum in mundo mortuum est, sacrificium fuerit , & Chri-
stus in figurâ declaratus.

Prolixè idem docent factæ per V. T. exempla confessi-
ones dē agnito perfidem Christo. Nam Messiæ divinitas,
incarnatio, omniaq; ejus attributa inde à prima promissione
Protoplastis facta Gen. 3. 15. clarè postea cognita fuerunt.
Ipsum Prot - Evangelium descripserat Vindicem nostrum
velut Semen Mulieris, itaq; incarnandum per mulierem Vir-
ginem, verum hominem , & velut capit is serpentini concul-
catorem, sive præsentis tunc in loco serpentis, qvi ~~ανθρω~~
~~ποιός~~ erat factus, i. e. Diaboli, antiqui illius Draconis, vi-
storem, itaq; & Redemptorem nostrum ex potestate Satanæ,
nos liberaturum qvi merus homo esse non potuit , sed Deus
esse debuit, itemq; velut talern , cuius calcaneus atteri debue-
rit à serpente , i. e. qvi nostra causa pati , & Diaboli extre-
mas

mas vires tolerare debuerit. Ex hoc Protevangelio, ejusq;
declaratione divinitus accepta prima mater Eva dualitatem
naturarum in Christo agnovit Gen. 4. 1. קָנַתִּי אֶישׁ אֶת יְהוָה.
Abrahamus agnovit Messiam ut omniscientem, omnipoten-
tem, pollentemque potestate judicaria universali, qvippe
cujus pronissum de Isaaco audierat & crediderat, futuro &
expressè prædicto tempore adimplendum, qvemque velut Ju-
dicem justum & omnipotentem laudavit, dicens; Tu judex
totius terræ non exercebis ita jus, ut morti tradas justum cum in-
justo Gen: 18. Jacob agnovit illum secum colluctantem Gen:
32. 34. ut benedicentem Deum v. 26. 27. qvemq; prius dimittere
noluit, qvam sibi benedixerit: itemq; ut auxiliatorem &
הַמֶּלֶךְ הַגָּאֵל אֲתִי מֶכֶל רֹעֵי בְּרִכָּתָה Redemptorem Gen: 48. 16. Angelus ille ait, qui vindicat me ab omni malo, benedi-
cat pueris istis. Idem hicce Angelus increatus cognitus est à
Mose, ut auditor precum Exod: 3. 7. Namq; Angelus Ieho-
væh, per qvem & cujus in manu Deus Molen misit Act: 7.
35. is fuit qui dixit Mosi: Prope vidi afflictionem populi mei, &
clamorem eorum audivi. De hoc ait Esaias cap. 63. 9. Angelus
faciei servavit eos, delectione sua & clementia sua ipse vindicavit
eos &c. De hoc ipse Deus dixit Exod. 32. 34. Angelus meus
præbit, in die visitationis meæ, & ego visitabo peccata illorum.

Prolixè non minus id docent præclara Sacrae Scripturæ
testimonia subinde populum Dei de Christoperispicue docen-
tia etiam sub V.T. Ita Abrahamo significatum est divinitus in
ipsius semine benedictum iri omnibus Gentibus terræ. Gen.
22. 18. Ita idem iisdem verbis promissum est Isaaco Gen. 26. 4,
ita idem iterum promissum est Jacobo Gen. 28. 14. non qva-
si novaquædam res, aut novus de semine benedictionis nun-
cius ipsis veniret. Non sane: Res omnis de benedicto ie-
mine ipsis à pueris constabat, & inde ab Adamo constare
omnibus

omnibus debebat, unde nec mirantur, nec scrutantur, quia
ille illud semen benedictum esse debet, sed, quod novum in
his promissionibus est, versatur circa ipsorum personam &
familiam ulterius descendenter : Ipsi de cetero satis infor-
mati erant de semine mulieris, in quo posita erat benedictio
contra antiquum serpentem. Qvomodo hæc doctrina tradi-
ta fuerit posteris Jacobi, in solenni liberorum benedictione
relatum legimus de Siloh Judæis donato Gen. 49. 10. ita ta-
men ut & Gentilium Mediator esse debeat. Obortis ulte-
rius V. T. temporibus statim post publicationem decalogi
Christus omni populo divinitus offertur velut ipsis suscitandus
est suis fratribus & ab unoqvoqve audiendus Deut. 18.
16. 19. & ut reliqua testimonia Mosaica prætermittam, idem
à Moïse morituro repetitur Deut. 18, 15. & verbum Evange-
lii, verbum conversionis ipsis prolixè commendatur, velut
propinquum valde & in omnium corde positum Deut. 30.
præsertim v. 11. 14. qui à Paulo Rom. 10. 6. seqq. explican-
tur. Quid dicam ceteros Prophetas omnes & quorum di-
cta, informationes, confessiones de Christo ubique legun-
tur Luc. 24. 44. conf. v. 16. 17. Et qui fieri unquam potuit,
ut cautes & media salutis Israelitis nota non essent, quia conti-
nua surrogatione habebant interpretes *Hom. 5. 8.* quorum
operâ mysteria fuerunt explicata, qviue populo auscul-
tanti verbum Dei proponentes id supplebant, quod vel par-
cius vel obscurius dictum videri poterat Nehem. 8. 2. Ex
his ergo immote cum Petro concludimus : *Quod non sit*
*in alio quoquam salus, nec aliud nomen sub cælo datum homini-
bus, in quo oporteat nos salvos fieri, Act. 4 v. 12. Sed quod*
credamus eadem ratione salvari, sicut Patres Act. 15. 11. De
hocce igitur Messia loquitur ex promissione, quam de eo
accepit David Propheta frequentissime, in hunc omnem
suam

suam collocavit spem, in hocce ædificata est Ecclesia & V.
& N. Testamenti , ab hacce radice omnes fideles habue-
runt succum , huic debebant omnem vigorem & vitam
æque in V. ac in N. T. vid. Rom. XI. v. 18. 19. 20. ubi ea-
dem radix fert ramos & antiquitus innatos & de novo inler-
tos. Locus noster omnino celeberrimus omnibus tantæ
veritatis oppugnatoribus ruborem excutit , tanta & tam
præclara V. T. hominibus de Christo proponens , ut ex
eius lectione & consideratione haud difficulter elici potue-
rit, eum & hominem esse , & DEUM , & spiritualibus do-
mus seu Ecclesiæ DEI exstructorem , & pro omnibus filiis
Adam plagas ipsorum suscipientem , qvæ protet fidei
in ipso reponendam promptissimè generare, sine mora con-
spiciuntur.

§. III. Apprehendamus ergo vera fide Messiam no-
strum , in quem Deus imposuit inquitatem omnium nostrum
Ez. 53.6. qviq; proprio Filio non pepercit sed pro nobis Omni-
bus illum tradidit Rom: 8.32. οὐκ οὐδεὶς non pepercit , non le-
niter tractavit , qvæ significatio hic locum habet eadem vi , qva
David mandat לְנַעֲרָתִי Leniter mihi erga puerum , qvod
LXX. dixerat Φέαθέ μοι καὶ πολὺ αγές 2. Sam: 18. 5. Deut: 33. 34
Gen: 22. 12. Hunc Messiam qvi adprehendit atq; illi indissolu-
biliter adhæret , nunquam peritus est qvippe per ipsum
justificatus , qvi vero negligit illum , jam condemnatus est , o-
mnemq; cuiam transfert in seipsum . Sicuti periclitanti in
aqvis , qvi nec manu porrigentis manum apprehendere , necq;
prostantia ad ripam virgulta tenere , necq; in prominentem
scopulum prorepere cupit , soli interitus adscribendus , necq;
virgulto prostanti , necq; dextram porrigenti , necq; scopulo
prominenti . Ita Christus ut arbor vitæ & virgultum ē
truncō succiso Iechai Ez. XI. 1. prostat ad convertendum ma-
lum

lum in salutem, ruinam in vitam. Christus ut Deus fortis
Ez:9. 6. expandit manum toto die ad populum etiam rebel-
lem, qvi ambulat viâ non bona, seqvendo cogitationes Ez:65.
2. ac sonara non minus, qvam svavisona voce acclamat:
*Venite ad me omnes, qui fatigati estis & onerati, & ego fac-
iam, ut requiescatis* Matth. XI. 28. Christus est Petra tutissi-
ma, ad qvam recipere nos possumus cum Davide, & ju-
stificationem ex ipso ut recte qværere, sic feliciter obtainere,
velut à DEO nobis imputatam, sicut expresse constat, &
quicquid etiam Democritus Christianus collum obvertat,
scriptum est bis eodem capite, Rom. sc 4. 6. & v. 11. quem
ultimo locum, temere à virulento ejus ore castigatus
& fraudulentiae acculatus B. noster Lutherus, ne ad phrasin
qvidem vertit, ut tanto facilius inde pateat, non studuisse
illum verba sacræ paginæ in suæ sententiæ patrocinio nisi
que invertere ac detorquere, sed sensus divini veritatem
servare, quam nec citatus Sacræ Veritatis Divinæ hostis,
nec omnis inferorum porta umquam subvertet.

§. IV. Quid ergo tristamur? Quid reformidamus?
quid præsentis vitæ tædia & odia nimium dolemus? Chri-
stus adest. Si ille pro nobis, qvis contra nos. Is nobis
sufficiat, simulque & hæc sufficiant. Nos DEO per Chri-
stum Jesum gratias agentes huic dissertationi im-
ponimus felicem. ita faxit Deus,

FINEM.

De variis mendandis B. L. ipse prospiciet.

Gol. DKS. A 173, Blatt 7